

SUV BECQ

De

# ELECTIONE SEU PRÆDESTINATIONE

DISPUTATIO PRIOR

Exhibens

eiusdem

O'ripliagmzravtianu

Quam

Divino Numinе propitio

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Magnifici, pl. Reverendi, Nobilissimi, Excellentissimi

Dn. COELESTINI MYSLEN-  
TÆ, S. S. Theol. D. ejusdemq; in Electora-  
li Pruten: Aead: Profess: celeberr:, Ecclesiæ Cathedræ  
Cneiphovij Pastoris dignissimi, Consistorij Sambi-  
ensis Assessoris gravissimi, p.t. Academ:Recto-  
ris, Dn. Promotoris, Præceptoris

& Fautoris magni

Publicæ collationi subjicier

CHRISTOPHORUS BRAVN Tun-  
derà-Holsatus, Author & Respondens.

Ad diem Novemb. in angostheciā majori horis  
a 7. masutinis.

Typis LAURENTII SEGEBADII,  
M. DC. XXXVI,



Inv. 141  
295455

264032

ILLUSTRISSIMO & PRÆCELSISSIMO PRIN-  
CIPI AC DOMINO

DN. FRIDERICO,  
HÆREDI NORWEGIÆ,  
DVCI SLESVICENSI & HOLSA-  
TIÆ, STORMARIÆ & DITHMARSIAE,  
COMITIOLDENBURGICO & DEL-  
MENHORSTIO &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

**P**er se p[ro]mecum, illustriss. & præcelsiss. Princeps, Dn. Clemensissime, quâ occasione pro munificentissimâ C. V. ergâ me beneficentia, publicum aliquod gratitudinis extaret monumentum, cogitanti, duo obstat semper visa sunt. Quorum unum est infinitus beneficiorum Celsit. V. in me collatorum cumulus; Alterum tenuioris fortunæ meæ status. Cum enim hæc duo mecum perpendo, & Vestræ illustriss. Celsit. ergâ me munificantiam cum meâ confero indigentia; vix aliud à me præstari posse reperio, quam hanc vestram munificantiam voce & stylo augustiorem tacite mecum mirari & silentio summo venerari. Verum enim verò cum ingratitudinis nihilominus mane- at suspicio, & nisi per publicum & evidens amoveatur testi- monium, magis magis crescat; Memoriam hanc Chartace-

am

am, cordis subjecti, animi grati, obsequij prompti erga C. V.  
Symbolum, extare volui publicum. Interē autem Illustriss.  
Vestram Celsit. humilimā animi submissione rogo, ut hunc  
meum laborem benignissimo animo suscipiat. studiis  
meis Illustrissimae clementiae sue auram clementissimè  
adspiret, & me indignum sibi benignissimè commenda-  
tum habere perget. Faxis JEHOVA ut Illustrissima  
Vestra Celsit. una cum Illustrissimā Conjugē & liberis gene-  
rosissimis longevam annorum seriem in sanctissimi Nominis  
sui gloriam, Ecclesiae & Reipubl. commodum, feliciter tran-  
sigat: Faxis JEHOVA, ut prosperitas sit in muris, & salus  
in Palatiis: Faxis JEHOVA, ut in toto vestro Ducatu obvi-  
ent sibi veritas & misericordia, exosculentur se pax & justi-  
cia, Amen. Dabantur Regiomonti Borussorum d. No-  
vemb. Anno doctonias 1636.

Illustriss. Cels. V.

Subjectissimus humilimusque  
alumnus,

Christophorus Braun Holsatus  
Autor & Resp.

## THEISIS I.

Um πᾶν διδασκαλία, καὶ πᾶν μάθημα ἐν προφε-  
τεῖσις γγώσεως, Philosophorum Principe  
testis, fiat: Nobis etiam de æternâ filiorum  
DEi ad vitam æternam electione sacram  
συζύγων auspicaturis, quæ ad sublimis & perdifficilis  
hujus controversiæ tractationem prænotatu utilia vi-  
debuntur, brevibus annotare incumbet.

Tb. 2. Proinde versabitur hæc nostra tractatio  
circa articuli hujus (1.) προφείαν. (2.) θεωρίαν. In  
προφείᾳ seu consideratione proœmiali tria penita-  
bimus, videlicet Electionis (1.) Necessitatem (2.)  
Utilitatem. (3.) Sedem.

Tb. 3. Quod (1.) necessitatem concernit, ubi  
queritur, an electio fuerit necessaria nec ne? Respon-  
demus geminam præmittendo distinctionem, distin-  
guendosc. inter (1.) necessitatem absolutam seu Con-  
sequentiæ, quando iam antecedens, quam consequens  
in se est necessarium; & hypotheticam seu Consequen-  
tia, quando consequens non est necessarium, nisi po-  
sito antecedente; sic tamen, ut iam antecedens, quam  
consequens sint in se contingentia, juxta definit Anton: Andr. 5. Metaph. q. 4. & (II.) inter hominem  
juxta præscientiam divinam in duplice statu confide-  
ratum, in statu scilicet περιττηρίας, seu primæ vix cre-  
ationis, & απαρτίας seu subsecutæ defectionis. Hæc di-  
stinctione duplice præmissâ dicimus electionem fuisse  
necessariam & non necessariam diverso respectu.

Tb. 4. Si enim homo in statu integratis, in quo  
primitus erat creatus, permanisset, electio nullo mo-  
do

do neque absolute, neque hypothetice necessaria fuisse.  
Patet: Quia (1.) decretum de homine creando, prae-  
cessit decretum de homine ad vitam æternam prae-  
stinando. Proindeque decretum electionis decreto crea-  
tionis fuit posterius. Probatur hoc ex ordine divi-  
notum consiliorum, qui inauitur Gen: c. 1. 2, & 3. Ibi  
enim (1.) praecedit decretum de hominis creatione,  
Gen: 1. v. 20. Cui (2.) subjungitur consilium de eius  
ex arbore scientiæ boni & mali prohibitione, c. 2. v.  
16. Hoc (3.) subsequitur consilium de hominis man-  
datum divinum transgredientis punitione, c. 3. v. 8.  
Et (4.) demum adjicitur consilium illud Evangelii-  
cum de hominis in semine mulieris, sc. Christo tan-  
quam electionis nostræ auctore & fundamento, bene-  
dictione, Gen: 3. v. 15. Patet (ii) quia proprijs meri-  
tis vitam æternam homo acquisivisset, si in statu in-  
tegro permansisset. Rom: 7. v. 10. patet (III.) Quia  
Electio dicitur facta in Christo Eph. 1. v. 4. Christus  
autem non venisset nisi homo in peccata prolapsus fu-  
isset, Lue. 19. v. 10. I. Tim: 1. v. 15. Quare errant hic  
Scholastici, qui Christi incarnationem & per conse-  
quenelectionem necessariam statuunt, si vel maximè  
homo in primigeniâ integritate perstitisset.

Th. 5. Si vero consideres hominem constitu-  
tum in statu defectionis, lapsus & miserize, seu quod i-  
dem est, si consideres ipsum lapsum, dicimus, quod  
electio tuerit necessaria necessitate non consequentis.  
(non enim antecedens sc. non labi in se erat necessarium  
poterat enim homo non labi) sed consequentiæ, que  
stare potest cum contingentia. Nam consequens, sci-  
licet decretum electionis, hic non fuit necessarium,  
nisi posito antecedente, sc. praevisione lapsus quod-

patet, ex collatione locorum Eph. i. v. 4. Luc. 19. v. 10.  
Unde talem consequentiam formamus: Ubi conseq-  
quens non est necessarium, nisi ponatur antecedens,  
quod ipsum in se est contingens, ibi locum habet ne-  
cessitas consequentia. Atqui electio seu decretum e-  
lectionis tanquam consequens hic non fuisset neces-  
sarium, nisi positum fuisset antecedens, scilicet pra-  
visione lapsus, quam in se contingentem fuisse docet Ec-  
clesiast: c. 15. v. 14, 15, 16, & 17. Ergo hic locum ha-  
bet necessitas consequentia, quæ contingentiam non  
tollit, quia est in ipsis rebus contingentibus fundata.  
*Summi erroris* arguantur hic plerique Calviniani, qui  
DEum in electione hominismiseriam non consideras-  
se, sed decretum electionis cum decreto creationis.  
cum prævisione lapsus prius fuisse blasphemè satis ef-  
ficiunt. Unde ipsum lapsum respectu DEI absolute fa-  
ciunt necessarium: sic enim Beza in colloq. Mompelg.  
p. 517. Lapsus est homo Adam necessariò quoad Deum.  
Sic Piscator contrà Schaffm. p. 19. Deus hoc consilio  
creavit homines, ut reipsâ laberentur, & quæ sunt  
reliquare reliquorum Calvinianorum effata.

Tb. 6. Sequitur (2.) Articuli hujus utilitas, cu-  
jus consideretur (1.) Probatio & (2.) Impugnatio.

Tb. 7. Probatur autem vel in genere ex 2. Tim.  
3. v. 16, ubi omnis scriptura dicitur utilis, ergo &  
scripturæ seu dogma de electione erit utile, quia est pars  
scripturæ, vel in specie, sic August. triplicem recenset  
utilitatem, quod sc. tractatio electionis utilis sit ad (1.)  
excitandam in nobishortationem, quia enim electio  
facta est, ut essemus ἀγιοὶ ἄνωποι sancti & inculpati  
Eph. i. v. 4. quivis hinc sui debet admoneri officij (2.)  
ad instituendam orationem: Quia enim electio est fi-  
naliter creditum, Deus assiduè invocandus erit, ut

opus, quod in nobis cœpit, bonum, clementer dignetur perficere. (3.) ad declinandam elationem, quia ex solâ Dei gratiâ sine ullo merito electi sumus, nemo gloriandi vel sese effendi ansam habet, confer Rom: II. v. 20.

*Tb. 8.* Quod uelitatis hujus impugnationem attinet, ea facta est (1.) à fratribus (quemadmodum illos August: nominat) quibusdam Galliæ, qui prædestinationis definitionem prædicationis utilitati adversam esse judicarunt. (2.) à Calvinianis, qui in eâdem cum jamjam citatis, sunt opinione, dum hanc de electione doctrinam silentio potius involvendam, quam publicè proponendam gariunt.

*Tb. 9.* Ultimo loco nobis in consideratione proximali perpendenda erit hujus articuli *Sedes*. Hæc verò consideratur dupliciter (1.) per *āgōν* seu *remotivę* (2.) per *θέσιν* seu *positivę*.

*Tb. 10.* *Sedes electionis* per *āgōν* seu *remotivę* considerata est (1.) arcanum (vocem *arcani* attendendo in sensu non Lutherano, sed Calviniano) DEI consilium.

*Tb. 11.* Probatur hoc ex (1.) mentionis istiusmodi arcanti consilij in sacro codice tacitâ præteritione. Nullius enim arcana voluntatis salutem nostram in hoc electionis mysterio concernentis sacra scriptura meminit. (2.) Ex eorum, quæ arcana sunt, scrutationis prohibicione. Diserte n. Moses inquit, Deut: 29. v. 29. Abscondita DEo nostro, quæ manifestata sunt nobis & filijs nostris usq; in sempiternum, ut faciamus universa legis hujus. Vult nimur Deo permittenda occulta, revelata verò nobis scrutanda. Hinc igitur electionis consilium neutquam esse arcanum  
sic

sic concludimus : Nullum arcanum , teste Mose , nobis est scrutandum. Atqui consilium electionis est scrutandum. Ergo non est arcanum. Major est Mosis, minor Johannisc. 5. v. 39. Proinde peccant hic Calvinicorum vel ortenus in *defectu*, dum voluntatem Dei circa electionem nostram simpliciter arcanam blaterant, vel re ipsâ in *excessu*, dum ita de hoc mysterio loquuntur, ac si in electionis decreto Deo assedissent, ejusdemque consiliarij fuissent. (3.) constat ex plenariâ (quantum sc. nostram salutem concernit) electionis in codice sacro revelatione. Expressè enim Paulus inquit, quod omne Dei consilium (puta de salute nostrâ) nobis manifestaverit, unde sic argumentamur : Omne consilium Dei de salute nostrâ est revelatum. Act. 20. v. 27. Electio est consilium Dei de salute nostrâ 2. Thess. 2. v. 13. Ergo est revelata.

Th. 12. Sedes electionis per ἄρχον considerata est (2.) absolutum Dei beneplacitum. Patet hoc ex (1.) electionis in S. S. descriptione, describitur enim (1.) per τίξιν seu ordinem Act. 13. v. 48. (2.) describitur quod facta sit secundum divinam πρόγνωσιν seu præscientiam. Quicquid a. sit secundum præscientiam, id non est absolutum. Præscientia n. respectu objecti includit prius & posterius. Atqui electio est facta secundum præscientiam Rom: s. v. 29. I. Pet: j. v. 2. Ergo non est absoluta. (2.) probatur ex nostrâ justificatione. Quemadmodum enim Deus in tempore nos justificat, ita aeterno nos elegit. Atqui justificat nos in tempore non modo aliquo, absoluto sed ex gratiâ Dei, ob meritum Christi, per fidem. Ergo. Majoris veritas & connexio patescit ex dicto Apostolico Rom: 8. v. 29. Quos prædestinavit hos & vocavit, quos a. vocavit hos & prædestina-

destinavit. Minoris probationem exhibet Paulus  
Rom: 3. v. 24. & 25 Gravissime igitur hic cessitat Polanus,  
& cum eo omnes Calviniani, qui pro absoluto electionis de-  
creto tanquam pro aris & focis dimicant. Ita n. prædi-  
catus Polanus ait: Causa; quâ Deus ad eligendum im-  
pullsus fuit, non est voluntas; nec prævisa fides; nec  
præscita hominum merita; nec dignitas generis, vel  
ullius alterius prærogativæ; nec meritum Christi;  
nec deniq; electionis finis: sed solum beneplacitum  
Dei in gratuitâ ejus dilectione fundatum, vide Pol.  
de aeternâ Dei prædestinat. p. 12.

Th. 13. Sedes electionis per ἄρχον considerata  
est (3.) legis divina præconium. Ratio est hæc: Quia ex  
lege venit maledictio, Deut: 27. v. 26. Gal. 3. v. 10.  
Hinc ita colligimus: Sedes maledictionis non est se-  
des benedictionis. Atqui lex est sedes maledictionis:  
Maledictus enim est omnis, qui non facit &c. Ergo  
non potest esse sedes benedictionis, & per consequens  
electionis, quippe quæ est divina in rebus cœlestibus  
benedictio Eph. 1. v. 3. Errant hic Pontificij, dum electi-  
onis doctrinam juxta opera legis definitiunt, & ob operum  
prævisionem electionem factam ineptiunt.

Th. 14. Sedes electionis per ἄρχον considerata  
(4.) est rationis humana iudicium. Constat hoc ex parte  
tum ipsius rationis, quippe quæ est in rebus divinis  
(1.) cœca Eph. 4. v. 18. (2.) mucoja, stulticia 1. Cor. 2. v.  
14. (3.) ipsis rebus divinis contraria Rom: 8. v. 7. Et (4.)  
nos à Dei cognitione magis magisq; exemplo Simonidis ab-  
ducit: Quanto enim magis de hoc mysterio sine pate-  
factione divinâ cogitat, tanto longius à verâ veri Dei,  
eiusq; voluntatis cognitione recedit; Tum ex parte i-  
psius electionis, quæ est sumum mysterium Rom: 11. v. 25.  
Quod rationis nostræ captum transcendit & superat.

Errant igitur Calviniani, dum omnia hic, revelatione divinitatis neglecta, rationis sua decempedam metiri volunt.

*Tb. 15.* Sequitur sedes electionis per generationem consideranda, quae est vel generalis, videlicet Evangelium, quippe in quo solo per Filium enarrantem Joh. 1. v. 18. voluntas Dei patris revelatur. Hinc nominatur *revelatio mysterij temporibus aeternis taciti*. Rom. 16. v. 27. vel *specialis*, quae iterum vel typica & peregrina, sc. caput 9. Epistola ad Romanos, in quo Apostolus non agit de eternâ electione ex professo, sed incidenter & tantum sub typō; vel propria & genuina, est p. c. 1. Ep. ad Eph. & quidem versiculos 4, 5, 6. cui adjungimus loca cognata Rom. 8. v. 29. & 30. 2. Tim. 1. v. 9. 2. Thess. 2. v. 13. Errorum hic renovant Calviniani, qui sede genuinâ, ut pote, quae fides ipsis in oculis est, relictâ, ad peregrinam confugiunt & juxta illam doctrinam electi. omnis definiunt; cum tamen meminisse debebant (1.) Quod de unoquocumque dogmate ex proprijs sedibus ( locis ubi ex professo tractatur) sit judicandum. (2.) Quod in applicatione typi ad antitypum non urgenda sint strictè partes omnes, sed illæ duntaxat, in quibus directè conferuntur. Et hac sufficient quantum ad προστέλλειν.

*Tb. 16.* Sequitur (2.) θεωρία, quae versatur circa electionis (1.) οὐρανογενεσίαν, seu considerationem nominis, (2.) περιγενερωσίαν, seu considerationem rei.

*Tb. 17.* Hac vice autem de οὐρανογενεσίᾳ tantum agere constituimus, περιγενερωσίαν in aliud tempus reservantes.

*Tb. 18.* Nominalē igitur tractationem non sicuto pede hic præterimus, sed eam potius præmittendam judicamus, quia πρὸς τὸ ἐργόν διδάσκουσι επίτελον πρῶτον.

περίως τὸ ὄνομα, inquit Philosophus. Considerabilius autem in hac ὄνοματην οὐσία quatuor: sc. (1.) ἐπιμολογία seu notationem (2.) Ομονομία seu equivocationem. (3.) Συνωνυμία seu equipollentem appellationem. (4.) Επηρωτία seu à diversis determinationem.

Th. 19. In Etymologia perpendenda veniunt duo vocabula, quorum primum est ἐκλογή, seu electione. Alterum προεξόριον seu Prædestinatione.

Th. 20. Vociς ἐκλογῆς seu electionis notetur (1.) explicatio. Explicatur autem in S. S. per separationem, vide Deut 7. v. 6. I. Reg: s. v. 53. Ubi, quod Moses vocat eligere, illud Salomon reddit per separare. Sic electione discipulorum Joh. 6. v. 70. vocatur separatio, ἀφορισμὸς Act. 13. v. 2. Derivatur enim à præpositione ἐκ segregandi vim habente, & λεγομένη, vocatur. Hinc ἐκλεκτοὶ evocati, qui enim eliguntur ex numero aliorum evocantur. (2.) ad usum applicatio. Ingens autem ex observatione hujus vocis usus promanat contra Huberianos, qui inter alia, etiam ex voce ἐκλέλεγμένοι universalē & indiscretam omnium hominum docent electionem. Et licet distinguant inter ἐκλεκτοὺς & ἐκλελεγμένους paucos quidem confidentes esse ἐκλεκτούς, sed omnes ἐκλελεγμένοι, sicut omnes discipuli docti sunt participialiter, quia omnes docentur à præceptore, pauci v. nominaliter, quia non apprehendunt omnes & memoria mandant omnia, quæ à Præceptore dicuntur. Tamen hac distinctione nihil proficiunt, quippe quæ contrariatur (1.) Sacra Scriptura. Hæc enim si, ne ullo discrimine his vocibus utitur, ita, ut qui sunt ἐκλελεγμένοι, illi etiam sint ἐκλεκτοὶ & vice versa (2.) Voca naturæ. Nam participium ἐκλελεγμένος & quæ compunitur cum præpositione habente vim segregandi aut scilicet, atq; nomen verbale ἐκλεκτοῖς,

*Tb. 21.* Ut vocis electionis, sic etiam προετομου  
seu prædestinationis notetur (1.) explicatio. Dicitur enim  
προετομος à προειλευ, quod significat determinare,  
decernere aliquid antequam agas, & componitur ex  
præposit. πρὸ & οἰλευ definire, constituere, ab ἐργα-  
minus, finis; Ut ita προειλευ vi vocis tantundem sit,  
atq; ordinare; unde talem τὸ προετομος nominalem  
constituimus definitionem: προετομος est rei seu perso-  
na ad certum finem per certa media ὁρμησ. (2.) ad usum  
applicatio, usus autem hujus vocis est duplex, vel dida-  
cticus, quem hæc exhibet regula: τὸ προειλευ includit  
non tantum finem, sed & principium & media ad fi-  
nem ducentia. Sic enim Deus homines πρὸ καθεβολῆς  
κόρυς ad vitam æternam elegit, ut simul media ad e-  
andem ordinaret. Includit enim hæc vox tria, sc. (1)  
Principium seu terminum à quo, sc. misericordiam &  
euodoniam Dei (2.) medium seu terminum per quem, meri-  
tum Christi fide apprehensum, (3.) Finem seu terminum  
ad quem, vitam æternam; vel (2.) ελεγχόντος, qui facit  
ad refellendos Calvinianos duplēcēm singentes præ-  
destinationem, unam sc. ad vitam & alteram ad mor-  
tem, Nam si datur prædestination ad mortem, sequitur  
Deum non tantum esse causam mortis æternæ, sed eti-  
am mediorum (hæc n. prædestinationis vox includit)  
ad æternam mortem, videlicet peccatorum. Quod do-  
gma ut in Philosophiâ est ανομος & absurdum, ita in The-  
ologia est αἵρεσις & detestandum.

*Tb. 22.* Homonymia seu equivocatio versatur ite-  
rum circa explicationem (1.) vocis εκλογῆς seu electio-  
nis, (2.) προετομος seu prædestinationis.

*Tb. 32.* Quod vocem electionis attinet, obser-  
vandum est, quod aliter sumatur extra hunc articulum,  
aliter vero in articulo.

*Tb. 24.*

*Th. 24. Extra hunc articulum considerata trans-  
fertur ad (1.) Res. (2.) Personas. (3.) Aquas.*

*Th. 25. Quando (1.) rebus accommodatur sumi-  
tur in sensu vel comparato, & sic notat rem aliquam ex  
teris præferre. Et usurpatur de rebus (1.) Bonis, v. g.  
Gen: 13. v. 11. Elegit sibi Loth Regionem circa Jordani-  
nem, id est, unam alteri prætulit. (2.) malis, 2. Sam:  
24. v. 12. Ubi ex tribus malis, bello, fame, peste ele-  
git David id, quod minus videbatur esse malum, pe-  
stem nimis irum v. 14. vel *absolute* & significat rem quam-  
piam, tanquam eximiam & præstantem, approbare, si-  
biq; acceptam habere, vide Esat 58. v. 6. *Hoc est jeju-  
num, quod et igo.* Dico quod hoc in loco vox eligendi  
sumatur in sensu non comparato, ac si Deus verum je-  
junium cum hypocritico conferat sed simplici & abso-  
luto. Ita enim Deus verum jejunium eligit, ut falsum  
& hypocriticum nequaquam velit, vide versic. 5. ejus-  
dem capit. 5.*

*Th. 26. Quando (2.) Personis adjudicatur, u-  
surpatur vel (1.) de Christo, vel (2.) de Angelis, vel (3.)  
de hominibus.*

*Th. 27. De Christo usurpata vox electionis, si-  
gnificationem habet vel propriam (puta quoad vocem  
& extra hunc articulum) Esa: 43. v. 10, Matth. 12.  
v. 18. quia est in æterno DEI consilio electus  
& constitutus mediator & Redemptor noster; vel  
abusivam seu modificatam quia peculiariter à Deo Patre  
est dilectus, Matth: 3. v. 17. Errant igitur Calviniani,  
qui Christum electionis causam esse, inter alia, ideo negant,  
quia ipse dicitur prædestinatus. Sed confundunt (1.) de-  
cretum reparationis cum decreto electionis. (2.) di-  
versos fines; Christus enim prædestinatus est, (ut ita  
loqui licet) ut nobis salutem acquireret, nos præde-*

tinati sumus, ut eā perfruamur. Proinde Filius DEI electus est ad salutem promerendam, nos v. ad eam consequendam.

Tb. 28. Quando (2.) Angeli dicuntur electi s. Tim: 5. v. 21, iterum vox electionis sumitur abusivè & impropiè; propriam enim significationem, sc. vim separandi, non amplius retinet, sed terminum electionis pro voce dilectionis ejusq; singularis scriptura sacra substituit.

Tb. 29. Hominibus (3.) hæc vox accommodata, sumi potest vel generalissimè pro segregatione & electione ad functionem seu statum aliquem, cumq; vel Ecclesiasticum, Deut: 18. v. 5. Luc: 6. v. 13. vel Politicum Ex: 18. v. 25. I. Sam: 10. v. 24. Et hæc electio distinctionis ergò vocari potest Officialis: vel minus generaliter pro segregatione ad media salutis & ad gratiam, hoc est, pro vocatione omnium hominum ad Ecclesiam spiritualem Christi vineam, adeò ut illi hoc sensu dicantur electi, quibus Deus verbum suum manifestavit, Ita Populus Israeliticus vocatur electus populus, Deut: 7. v. 6. c. 10. v. 15. & hac acceptione usurpatum videtur vocabulum eligendi, 2. Pet: 1. V. 10. I. Thess: 1. v. 4. Et si Huberiani *γενέχεντον* quandam hic agnitus electionem pro vocatione hac sumi velint, dicam ipsi nemo scriberet, Nam vocatio hominum ad cætum Ecclesiz est maximè universalis, licet non simultaneè, attamen successivè. Et hæc electio dici poserit Provincialis.

Tb. 30. Supereft tertia vocis electionis significatio, quando videlicet de certis quibusdam attributis usurpatur. Liceat enim vox electionis in sacro codice ejusmodi significationem nunquam & nuspianam sustineat; Hujus tamen evolutio propter Huberianos universalis hinc electionem inferentes apprimè videtur necesse.

necessaria. Quemadmodum ergo, dicit Adversarius, quando mendicus implorans eleemosynam, coidam obviam venit, unicum datur objectum. Eleemosyna scilicet, quam si porrigitur, elegisse, si non porrigitur repudiasse dicimur. Sic parimodo dici potest, lapsos universos & singulos Deo in prævisione illâ æternâ nâ velut occurrisse, ut illos omnes vel ob lapsum rejeceret, vel ex gratiâ reciparet; Deum vero elegisse posterius, adeo & totum genus humanum dilexisse & ad vitam æternam prædestinasse. Sed observandum hic (1.) non agi in deliberatione illâ æternâ de electione actus, sed de electione personarum, quæ electio semper denotat separationem, ita quidem ut primum innuat aliquid universitas, deinde quorundam ex illâ universitate separatio, quæ electione appellatur. (2.) Licet, quando de electione actus, Cubi eligi debet aut & velle, aut & nolle, sermo est, unum dunt taxat objectum aliquando occurrat; In illâ tamen electione quædam separatio intervenit, non quidem objectorum, sed actuum. Quando enim aliquid moraliter eligimus, cum contrarium sive objectum, sive actus sit rejicitur. Vide Meisneri disput. 17. de universalis electione Huberianâ in Anthropologis.

Th. 31. Quandò (2.) vox electionis in hoc articulo usurpatur, ponitur vel in abstracto, idq; vel cù additamento, Rom: 12. v. 5. ubi vocatur electio gratia, ad denotandum electionis causam efficientem, videlicet meram (non tamen absolutam & omninem respectum excludingentem) DEI gratiam & misericordiam; vel sine additamento, Rom: 11. v. 7. Electione consecuta est; hoc est electio, (2.) ponitur etiam in Concreto Marc. 13. v. 20. Matth: 20. v. 16. Et utraq; significatione notat Filiorum Dei, non amplius ad media salutis & gratiam, sed ad ipsam æternam salutem & gloriam, electionem & separationem.

Tb. 32. Sequitur (2.) æquivocatio vocis προ-  
ετομή seu prædestinationis. Illa autem est vel (1.) Calvi-  
nistica. Polanus enim, Beza & alij ex Reformatis præ-  
destinationis vocem dupliciter sumi singunt, vel sc.  
in partem bonam, prout denotat perdestinationem electo-  
rum ad vitam; vel in partem malam pro destinatione  
reproborum ad mortem. His autem opponimus (1)  
perpetuam prædestinationis in S. S. pro electorum Dei  
ad vitam æternam ordinatione, usurpationem. (2.)  
Ipsorum Adversariorum consensionem. Expressè enim  
scribunt (1.) Ursinus part: 2. Explie. Catech. pag. 229.  
Notandum in scripturis nomen prædestinationis ferè  
de electis tantum accipi. (2.) Zanchius lib: 5. de N. Dei  
c. 2. quest. 1. p. 614. Scripturæ, inquit, hoc nomine pro-  
priè significare solent sanctorum electionem, & ad vi-  
tam æternam deputationem ante mundi constitutio-  
nem factam. (3.) opponimus illis hanc firmissimam  
consequentiam. Nam prædestinatio est ordinatio rei  
ad finem, Omnis autem finis bonus est & perfectio rei.  
Damnatio v. non est bona, sed ultimum malum. Qua-  
read illam tanquā ad finem suum nemo prædestinatur.

Tb. 33. Datur deinde æquivocatio Ecclesiastica.  
Nam Patres primitivæ Ecclesiæ vocem prædestinationis  
(non attendentes quomodo cā scriptura utatur)  
etiam sumunt sensu nimis generali, & impropto, sc.  
pro tali constitutione, quā Deus justo suo iudicio eos,  
qui propriā culpā in impenitentiā & incredulitate  
perseverant, in æternum abs se rejicere ac damnare de-  
crevit. Quo sensu Augustinus l. 15. de Civ. Dei c. 1. inquit:  
Mysticè appellamus duas Civitates, id est, hominum  
societates, qñarum una prædestinata est, æternum re-  
gnare cum Deo, altera æternum iudicium subire cum  
Diabolo. Et Isidorus l. 2. de summo bono c. 5. & 6. Gemi-  
na est prædestinatio, five electorum ad requiem, five  
reproborum ad mortem.

*Th. 34.* Frustra autem Calviniani in his dictis distinctionis suarum praesidium & fundamentum queruntur. Nam (1.) Patres illos non agnoscimus pro fundamento nostra religionis, sed solam scripturam sacram Job. s. v. 39. (2.) Patres Patribus opponimus, qui diversum hic statuunt. Ita enim Leo in Epistola ad Petrum Antiochenum inquit: Credo Deum tantum praedestinasse bona, Praescivisse a. bona & mala. Et Augustinus inquit: Nefas est dicere Deum aliquid, nisi bonum praedestinare, lib. de Prædest. c. 2. Et alibi: Prædestinatione mali est causa stadi, nulli a causa labedi. (3) Logem aliо sensu vocē prædestinationis sumunt Patres in dictis locis, quam Calviniani. Hic enim Prædestinationem reprobis accommodatam, faciunt merè absolutam; Illi vero ordinatam, Respectum n. habent ad impenitentiam, & incredulitatem.

*Th. 35.* Alia demum est equivocatio Biblica, quam monstrant & exhibent ipsæ sacræ literæ. Et ita sumitur, vel ierius seu generatim, notans Dei, de rerum administratione & gubernatione, decretum. Sic prædestinata dicitur Passio Christi, ut fieret, Act. 4. v. 28, vel eidius seu specialiter, & notat personarum, videlicet credentium, per cetera media ad vitam æternam, destinationem, Rom. 8. v. 29. Eph. 1. v. 4. & 11.

*Th. 36.* Synonymia seu equipollens appellatio ad electionem specificè sic dictam, est vel Primaria, videlicet Prædestination, Rom. 8. v. 29, 30. Eph. 1. v. 4. 11, vel secundaria, eaq[ue] Testamenti, vel Veteris, ut, (1.) Fidelium in fasciculum vitæ complicatio, 1. Sam. 25. v. 29. (2.) Inscriptio in librum & Jerusalem, Dan. 12. v. 1. Es. 4. v. 3, vel Novi, & sic appellations equipollentes occurunt, vel apud Evangelistas & quidem (1.) Matthaeum; Regni coelestis ab exordio mundi constitut-

10. c. 25. v. 34. (2.) *Lucam*: scriptio nominum facta  
in cœlo, c. 10. v. 20. (3.) *Johannem*: Hominum de mun-  
do facta Christo donatio, c. 17. v. 6. vel apud *Apostolos*,  
ut pote (1.) *Paulum*: Ad vitam æternam ordinatio,  
*Aet.* 13. v. 48. Sancta & secundum propositum Dcl vo-  
cacio *Rom.* 3. v. 29. 2. *Tim.* 1. v. 9. (2.) *Johannem*: In  
librum viæ & viæ agui inscriptio *Apoc.* 13. v. 8. 6.  
17. v. 8 c. 21. v. ult.

*Th. 37.* Sequitur ultimo loco *Heteronymia*, seu  
à diversis disternatio & distinctio, qaz est vel *Hetero-*  
*dexa Calvinianorum, & Orthodoxa Lutheranorum.*

*Th. 38.* *Heterodoxa* est, quando Calvinianitale  
potiss. inter electionem & Prædestinationem discri-  
men constituunt, quod scilicet (1.) Prædestination fa-  
cta sit ab æterno; Electio vero fiat in tempore. Cum  
autem sedem hujus articuli ordinariam *Eph.* 1. v. 4.  
ubi electio factadicitur πρὸ τοῦ θεοῦ λόγος κέρμα, sedem sibi  
in oculis esse, Bucanus videat, Electionem dupliciter su-  
mi fingit, sc. (1.) Propriè, prout significat separatio-  
nem, quæ rc ipsâ fit per efficacem vocationem certo-  
rum hominum è perditio genere humano, & (2.) Me-  
sonymicè pro ipso eligendi proposito, eò quod hic lo-  
quendi modus in sacris literis ad modum frequens sit.  
Unde Paulus affirmare non dubitet, Deum suos jam  
glorificasse, *Rom.* 8. v. 30. & datam nobis fuisse grati-  
am in Christo πρὸ τοῦ θεοῦ αἰώνιον, ante tempora secula-  
ria et. *Tim.* 1. v. 9. & alia ejusmodi non pauca, in qui-  
bus sacra scriptura verbis rem ipsam significantibus  
ad decretum de refactum declarandum utatur. Verum  
ἄπειρη φύσις assertur hæc equivocatio. Licet enim scri-  
ptura sacra electionem quandam, quæ sit in tempore,  
agnoscat, cooptationem sc. in populum Dei, & voca-  
tionem ad certum quoddam officium;

*th.*

*Th. 29.)* Tamen quando de electione ad vitam æternam sermo est, semper intelligitur actus eligendi æternus, qui factus meo να τε βολῆς κρίσιμον, ut Paulus inquit. *Eph. 1. v. 4.* Non igitur vox eligendi *Eph. 1. v. 4.* significat, decrevit eligere, sed actum elegit. Proinde notat eligendi, non propositum, sed actum, vide loca de electione a genititia, *Matth. 22. v. 14. c. 24. v. 24. Marc. 13. v. 22. Iacob. 2. v. 5.* Loca verò in contrariam sententiam adducta voce eligendi *Eph. 1. v. 4.* nihil præjudicant. Illatio enim fit à particulari; unde non sequitur: Aliquando verba rem ipsam significantia ad decretum de re factum declarandum adhibentur. Ergò idem sit hoc in loco, Absurdum!

*Th. 39.* Deinde Calviniani inter Prædestinationem & electionem talem faciunt differentiam, quod Prædestination habeat se instar generis, electio v. & reprobatio instar specierum, vide Polanum de aeternâ Dei prædest. pag. 6. Bucanum loc: 37. pag. 422.

*Th. 40.* Quidam addunt hoc discrimen, quod Prædestination fit omnium promiscuè hominum, electio verò paucorum tantum, scilicet τῶν μελόντων μετένθεν. Verum opponimus his indifferentem & reciprocam harum vocum in S. S. acceptiōnem & permutationem, vide loca Rom: 8. v. 30. Eph. 1. v. 4, 5. & 11.

*Th. 41.* Licet autem hæc duæ voces Prædestination & Electio τῷ πεάγη μὴ & acceptiōne biblicā & quæ latè patcant; Attamen τῷ λόγῳ differre eas nonnulli estimant, & quidem tripliciter (1.) ratione ordinis: Ex genere enim creduli eliguntur, & deinde ad salutem prædestinantur. (2.) ratione Objecti: Electio versatur circa homines; Prædestination non tantum circa homines, sed etiam circa media salutis, (3.) ratione Contressi: Electio enim respicit segregationem aliquam, si-

delium scilicet ab infidelibus, unde respectum includit ad damnatos; Prædestinationem vero magis respicit finem, qui est vita eterna, quam electionis oppositum.

Th. 42. Sequitur etiam pars seu Electionis à diversis vocibus distinctio Orthodoxa. Lutherani enim præviâ sacrâ scripturâ, ab electione seu prædestinatione discernunt (1.) Præscientiam. (2.) Providentiam. (3.) Dei voluntatem. (4.) Dei consilium. (5.) Dilectionem. (6.) Vocationem.

Th. 43. Præscientia (νοέσθαι) à deo sentientia & omnib[us] actionib[us] deo dicta. alia est generalis, quæ ad omnia se extendit tam mala, quam bona, licet non eodem modo, ut ex loco de providentiâ constat; Alia specialis, quæ refertur ad solos credentes & electos Dei Filios Rom: 8. v. 29. Quando ergo Præscientiam ab electione & Prædestinatione differre & distinguvi assertimus, intelligimus προέγνωσιν, tam specialem, quam generalem. Licet enim προέγνωσι hæc specialis & ēklogē respectu objectorum (utrumq[ue] enim circa electiones solos versatur) & quæ latè pateant; Attamen differunt ratione ordinis, quod patet (1.) ex cœnâ electionis Paulinâ: Quos præscivit, hos & prædestinavit Rom. 8. v. 29. Unde rectè Augustinus: Prædestination sine præscientia non potest esse. Præscientia n. præcedit, ut pars ordinis, electio sequitur, ut decreatum. (2.) Patet inde, quod electi dicamur κατὰ προέγνωσιν, i. Pet. 1. v. 5. Ridicula v. foret locutio, si προέγνωσι & ēklogē idem forent. Perinde enim esset, ac si dicerem: ēklogē facta est κατὶ ēklogū. Errat igitur Huberius, qui ex voce προεγνώσθεος universalem hominum electionem inferre allaborat.

Th. 44. Providentia vox latius etiam patet vox electionis seu prædestinationis; illa enim versatur circa omnes creaturas, tam irrationalibus, quam rationales.

Hæc

Hac verò concernit tantum rationales, & in specie æternam salutem electorum.

*Tb. 45.* Voluntatu terminus ita distinguitur ab electione, ut comprehendat etiam res eas, quæ non fiunt. Sic Deus quidem vult, ut omnes salvi fiant, n. *Tim. 2. v. 4.* quod tamen non sit ob propriam hominis culpam. Unde Servator noster inquit: Quoties voluit congregare, sed noluiti, *Mattb. 23. v. 37.*

*Tb. 46.* Consilium, beneplacitum & propositum Dei latius se extendunt, quam ipsa electio. Nam *Pau-*  
*lus* inquit, quod electio sit καὶ βλῆψις, καὶ πρόθεσιν, καὶ  
μήτη εὐδοκίας *Rom. 8.v.29. Eph. 1. v. 5.* Non verò quod  
sit ipsum consilium, beneplacitum & propositum. Πρόθεσις enim seu Propositum est gradus superior elec-  
tione. Errant preinde Calviniani, qui πρόθεσιν & εἰλογήν  
de idem notare volunt Confer. suprà thesin 38.

*Tb. 47.* Dilectionem quod attinet, illa com-  
muniter duplex statuitur: Generalis scilicet, quâ totum  
mundum dilexit, *Joh. 3. v. 16.* & Specialis, quæ est di-  
lectorum in dilecto, & referitur ad solos constantes  
credentes. Ab utrâq; autem electio seu prædestinatio  
differt, Sed non eodem modo; A generali respectu tam  
objectorum, quam ordinis. Dilectio enim generalis ver-  
satur circa omnes homines, Electio verò circa solos elec-  
tos; A speciali verò respectu tantum ordinis. Quos  
enim Deus elegit, eos necesse est ut anteā dilexerit; Si  
quidem electio sine dilectione stare nullo modo pot-  
est, quod contra Huberum dilectionem cum electione  
confidentem meritò observamus.

*Tb. 48.* Deniq; à Vocatione (propter Huberianos ex voce hac universalem electionem inferentes)  
discernenda est vox Electionis seu Prædestinationis.

*Th. 49.* Sunt enim vocati (1.) qui serio quidem à Deo manum suam toto die ad populum rebellem extende[n]t vocari. *Esa. 65. v. 2.* Sed consilium Dei adversus semetipos spernunt, *Luc. 7. v. 30.* Ideoque quod non convertuntur, sed indurantur, non Deo, sed sibi imputent. Et hi dicuntur κεκλημένοι, *Matth. 22. v. 3.* *Luc. 14. v. 24.*

*Th. 50.* Sunt vocati (2.) qui vocationem amplectuntur. Et hi sunt in triplice differentia.

*Th. 51.* Quidam enim μόρφωσιν εὐτείαις, hoc est, hyporyticam & simulatam præse ferunt pietatem, sed δύαμιν seu vim ejus abnegant, *2. Tim. 3. v. 5.* Deo quidem ore suo appropinquant, & labijs eum honorant, corde interim mille milliaribus absente, *Matth. 15. v. 8.* Et in his etiam seria Dei vocatio finem suum non assequitur, non quidem Dei, sed propriâ inobedientiæ culpâ.

*Th. 52.* Alij verè quidem & dignè suam vocationem amplectuntur, verùm ad tempus; Funt enim υλήσεως ἐπεξεργανο participes *Ebr. 3. v. 1.* Spiritu Sancto sunt renati, fide dotati, remissione peccatorum donati, verum in his non constant et perseverant, sed ad inquinamenta hujus mundi reversi, à sollicitudinibus, divitijs & voluptatibus suffocantur, & ita ad tempus credunt, tempore autem tentationis recedunt, *Luc. 8. v. 13. & 14.* In his proinde πρόθεσι Dei evenitum suum non assequitur, quia enim initium substantiae firmum ad finem usq; non retinent, *Ebr. 3. v. 14.* propriâ culpâ pereunt.

*Th. 53.* Sunt deniq; qui non πρὸς τὸν καλῷν in vocatione suā, quā vocati sunt, ambulant *Eph. 4. v. 1.* verūm vocationem atquè electionem suam firmam reddere satagunt 2. *Pet. 1. v. 10.* imò ad finem usq; in fide perseverant. *Matth. 10. v. 22.*

*Tb. 54.* Hi vocatorum gradus ita distinguiuntur: In primo gradu constituti vocantur κεκλημένοι *Matth. 22. v. 14.* In secundo & tertio vocantur κλητοί *Matth. 20. v. 16. & 22. v. 18.* In quarto vocantur non κεκλημένοι, nec simpliciter κλητοί, sed κλητοί καὶ πρόθεσιν θεοῦ *Rom. 8. v. 29.* Vel ita: in primis tribus eventus vocationis sit non καὶ, sed παχὺ πρόθεσιν θεοῦ. *Propositum enim* Dei est, ut homines, qui vocantur conversi salvantur, *2. Pet. 3. v. 9. 1. Tim. 2. v. 4.* Eventus autem vocationis illorum, qui in fide ad finem usque permanent, sit non παχὺ, sed καὶ πρόθεσιν θεοῦ *Rom. 8. v. 28.* Quia divina πρόθεσι suum in hisce finem exoptatum consequitur; Justificantur enim & glorificantur, *Rome 8. v. 30.*

*Tb. 55.* Proinde, quandō electionem à vocatione differre astruimus, intelligimus vocationem illam, cuius eventus sit παχὺ τὸν τῷ θεῷ πρόθεσιν, quia hæc vocatio est universalis, electio vero particularis. Unde multi, i. e. omnes sunt vocati, *Matth. 20. v. 16.* Pauci vero electi. Vocatione autem, cuius eventus fit καὶ πρόθεσιν θεοῦ καὶ quæ latè patet, quām electio respectu sc. objectorum, licet ratione ordinis differant. Nam Prædestinatione præcedit, vocatio sequitur. Unde Paulus inquit: Οὐς προώρως τῷ τοιούτῳ εκάλεσε *Rom. 8. v. 30.* Et tantum de ὄνομαπογνωσίᾳ.

*Job. 17. v. 17.*

Ἄγιον ἡμᾶς, ὁ θεός, ἐν τῇ ἀληθείᾳ συ:  
οἱ λόγοι ὑπὸ σας ἀληθεῖα ἔστι.



Ligit in Christo Deus omnes ritè fideles;  
In g. fide constans ritè fidelis is est.  
Talis ut ipse sies voveo Charissime BRAUNI.  
Ac Electorum præmia lata feras.  
Sic tibi, quas tractat tua dissertatio, voces  
Res Electorum, crede, perennis erunt.

M. Michael Eiflerus, P.P. & Inspect.  
A. El. Fac. Phil. p. t. Decan.

Dum fervet rotus belli terroribus orbis,  
Et iristem spargit torva Megara comam.  
Dam multi semet curis sat inanibus angunt,  
Dum vacat hic opibus, dum vacat ille mero.  
Tu benè Musarum pulchro succensus amore,  
His vacuum curis pectus, amice, geris;  
Sed Phœbum curas, & ter tria numina Phœbi,  
Quæ mons in summo culmine Pindus habet.  
Hinc & ad illius penetras jam culmina montis  
Culmina desidibus non adeunda Viris.  
Hic iuvat ingeni meliores querere dotes,  
Annorum series quas abolere nequit.  
Macte animi juvenis! macte his præstantibus auctis!  
Et perge incep tam continuare viam.  
Perge age. Sic uinis reducem te Patria letis  
Excipiet magna Patria plena spei.  
Gloria te perpes, te præmia magna manebunt.  
Sic Charitum spondet Pegasidumq; Chorus.

Amico & sympathiotæ suo opta-  
tissimo posuit

Iohannes Brandt Sunderb.  
Holsat.

sa? Sed Responso Respectu Christi capit is expedita est: quia  
1. ipse qui patitur Rex est, etiam dum patitur 2. quia dum pati-  
tur, quid, quomodo, quando, & quantum, pati velit, Basilicè  
admodum definit 3. quia omnis ipsius Passio valde èveçyln &  
efficax est: dum enim judicatur, judicat: dum conteritur,  
conterit: dum moritur, vivit. Deniq; quia omnium Christi  
passionum catastrophe lata & regia est.

XVII. Quæ singula, pro rata parte, etiam de Patientia & Pa-  
sione membrorum Christi, vera sunt.

XVIII. Ubi autem sit & vigeat hoc Regnum Gratia, non ex Papi-  
colis discendum, qui illud sua soli Cathedra Romana alli-  
gant: contra quos statuimus, ibi esse Regnum Christi Gratia, u-  
bi Christianismus exercetur, ubi verus Baptismus est, & prædi-  
catur verbum Dei. Aded ut hoc Regnum cum Ecclesia sit Ca-  
tholicum. Christus enim habet hoc suum Regnum, inter E-  
vangelicos, inter Pontificios, & inter Graecæ religioni addictos,  
Armenios, Georgianos, Abyssinos & Prato iohannitas &c.

XIX. Sub quacunque autem Religionis Christianæ specie, quo  
major lux & puritas est verbi, & Sacramentorum, eò plures ibi  
cives ad hoc Regnum Gratia pertinentes, esse, nullum est du-  
biu.

X X. Et quia cætholicum, idèò impossibile est, ut sit Monarchi-  
um, seu ut ad formam regiminis Monarchici conformetur, ita  
ut unus Homo summo loco omnes sub se particulares Ecclesiæ, cu-  
juscunq; loci, habeat, eis q; præsit non tantum consilio & ordina-  
tione, sed etiam cum imperio mero & mixto. Talis enim for-  
ma Regni Gratia Christi neq; necessaria, neq; possibilis, neq; utilis  
est, quod contra Bellarminum statuimus.

XXI. Prater autem hoc Regnum Gratia etiam Christus Regnum Potentiae, quo Circa nos est, administrat. Quod nihil aliud est, quam Executio Majestatis sua planè divina & infinite, quā tam intra quam extra Ecclesiam; tam inter quam super nos, omnibus creaturis visibilibus & invisibilibus dominatur, portando omnia verbo suo, ubiqꝫ vegetando & implendo omnia, tam presentia suā quam virtute: bonas actiones promovendo, malas coercendo & puniendo, donec ponantur omnes inimici suis bellum pedum suorum.

XXII. Quod dominium quidem Christo λόγῳ ante incarnationem cum patre & Spiritu sancto ab aeterno commune fuit, atqꝫ etiam nū est (quæcunq; enim pater facit hæc & filius facit Job. 5. v. 19. & majestas Dei una est, quæ in se permanens omnia innovat Sap. 7. v. 27.) In ejusdem tamē Dominij & Majestatis communionem, possessionem, & usum caro Christi per unionem personalem, sessionemqꝫ ad dexteram Patris, assumpta & simul erecta est.

XXIII. Ο λόγος enim ipsa Dei potentia est, 1. Cor. 1. v. 14 Dumigitur λόγος seipsum suamqꝫ ὑπαρξίαν communī cavit carni, eo ipso quoqꝫ potentiam & omnem majestatis sua plenitudinem: Aded ut sicut Christus non est duplex Dominus aut Rex (alius Deus, alias Homo) sed unus Dominus: ita nec habeat duplex Regnum aut dominium, sed unum simpliciter.

XXIV. Quod in sudem oculis Calvinianorum obvertimus, qui Christum unum nobiscum Dominum fateri cogentur, tam quā Deus, quamquam Homo, nisi velint extoto esse Nestoriani audire. Quod si autem etiam Christus, quam Homo, Dominus & Rex est, ut est; Matth. 12. v. 8. Actor. 2. v. 36. Jam dicant unde id domi-

dominium habeat? Si ex se ipso, tunc non idem cum λόγῳ do-  
minium: atq[ue] ita duplex dominium & per consequens duplex Do-  
minus. Si ex λόγῳ; Ergo per communicationem Realem. Rea-  
le enim ut hoc Dominum carnis sit, necesse est. Neutro enim re-  
spectu Christum titulotenus Dominum esse cupimus.

XXV. Quod ipsum dominium Regni sui, Christus, secundum  
utramq[ue] naturam extendit ad omnes omnino creaturas, visibi-  
les invisibles, superas Inferas, animatas inanimatas, praesentes  
& futuras, fideles infideles & hostiles: idq[ue] ita, ut universalitas  
domini sui habeat etiam sibi universaliter conjunctam Christi  
πνευματικā seu præsentiam sicut Petrus. i. Petr. i. v. 16. dūcatur  
& πνευματικā conjungit. Ubi enim Christus regnat, ibi & est;  
& ubi est, ibi Regnat. Non imitatus in hoc Regem Hispania, & id  
genus dynastas, qui ubi non sunt regnant, & sapè etiam ubi sunt,  
non regnant, ut Sardanapalus in Gynecao.

XXVI. Qua tanta Regni hujus Maiestas & universalitas,  
etsi exclusa carne Christi non administratur, nullo tamen modo  
administrari posset, si Christus Verus Deus non esset: quod con-  
tra putidum delirium Photinianorum, qui Christum nudum  
hominem opinantes, nihilominus ipsum omnia ea ad dexteram  
Dei posse, qua Deus poscit, delirant, immoto mixi Dei verbo  
credimus.

XXVII. Sed & Christus noster Regno Gloriæ pollet, quod  
nunc quidem gerit, manifestabit autem plenè cum ὑπερέψωσι  
exaltationem suam in cælestibus perfectè nobis ostendet, hoc  
est cum consumaverit salutem nostram & multos filios  
adduxerit in gloriam Hebr. 2. v. 10. Eos q[ui] fecerit ibi esse, ubi  
ipse est, ut videant claritatem ipsius, Ioh. 17. v. 24. & de-  
derit

derit vincentibus secum sedere in throno suo, sicut ipse  
vicit & sedet cum patre in throno ejus. Apoc. 3. v. 21.

XXVIII. Tunc enim erit quasi profusio quedam, vel profusa  
quædam illius Regni, omnis gratiæ & potentiarum Christi,  
hoc est gloriæ ipsius.

XXIX. Quæ Christi gloriæ & gloria, quasi ex nebula sèpè  
quidem promicuit, utpote in Majestatica vi docendi Matth. 7  
v. 29. Ioh. 7. v. 46. In miraculis Act. 2. v. 22. In transfigura-  
tione Matt. 17. v. 2. In morte Matth. 27. v. 54. Teste Iohan-  
ne Ioh. 1. v. 14. attamen sicut dictum est tantum quasi ex ne-  
bula, quam status exinanitionis induxit & requisivit.  
Phil. 2. v. 6.

XXX. Et quamvis ea appareat gradibus quibusdam adau-  
ctior & illustrior, In Resurrectione Rom. 1. v. 4. In descensu  
ad inferos. Coloss. 2. v. 15. in Ascensione & αναλύψει seu re-  
ceptione in gloriam. 1. Tim. 3. v. 16. In Effusione Spiritus  
Sancti, Act. 2. v. 33. in cooperatione & confirmatione sermonis  
per miracula Marc. vlt. v. 20. In propagatione & conservati-  
one Ecclesia, 2. Cor. 3. v. 4. Tamen fuit & est illa ἐνθάδε  
semper conjuncta cum Oeconomia Qualis & Quantis: & nostri  
respectu Enigmatica & μερική. 1. Cor. 13. v. 12. Quicquid enim  
recipitur ad modum recipientis recipitur.

XXXI. Tunc autem tam ex parte Christi manifestantis,  
quam respectu modi apprehensionis, erit hæc gloria omnibus nu-  
meris absolutissima & perfectissima.

XXXII. Quod si et in Die Restitutionis omnium Act. 3. v. 21.  
quan-

quando vitâ nostra quæ nunc adhuc abscondita est, reuelabitur cum Christo in gloria. Col. 3. v. 3. Et configura-buntur corpora humilitatis nostræ corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, quâ omnia potest sibi subjecere. Phil. 3. v. 21. Non dum enim apparuit quod erimus, scimus autem quoniā cunrapparuerit, similes ei erimus. 1. Joh. 3. v. 2.

XXXIII Quæ gloria ēmōaveia Et Restitutio omnium, fiet cum translatione in cœlos, in occursum Domini in nubibus, ut cum ipso simus semper. 1 Thess. 4. v. 17. Non autem cum conversatione terrena, ut quidem Chiliasmā tam veteres, quam Novi, sibi somniant. πολίτευμα enim nostrum est in cœlis Phil. 3. v. 20. Et quæ sursum sunt, non quæ super terram sunt sapimus. Colos. 3. v. 1.

XXXIV. Quapropter Et Mille istos annos, de quibus in Apocalypsi cap. 20. v. 2. sermo est, quos pro Regno Evangelico etiam quidam Chiliasmi recentiores Patroni allegant, jam pridem cum Constantino M. initium, Et cum Othomanno Turcico finem sortitos esse, censemus.

XXXV. Neq; patrocinamur quoq; Iudeis, quasi illi adhuc ante finem mundi postliminio Patria sua restituendi sint; neq; etiam credimus in universum omnes Iudeos, ad Religionem Christianam conversum iri, ut quidam in hunc sensum verba Pauli Rom. 11. v. 25. rapiunt.

XXXVI. De momento autem temporis hujus ēmōaveias Gloriæ Christi, non indigetis ut scribamus vobis. inquit Paulus 1. Thess. 5. v. 1. Quando enim Christus Regnum suum re-

stituturus sit, nostrum non est scire tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Act. 7. v. 7. Quapropter omnes vaticinas calculationes cum suis Hypothesibus & deductionibus, sive eas ex domo Elias, & cabala Rabinorum; sive ex Analogismis anteactorum temporum; sive ex literis numerilibus; sive Asterismorum situ; sive Arithmeticis suis formalibus, ut vocant, colligant; non ex monte Morija, sed iuxta eam, esse profectas judicamus.

XXXVII. Quo etiam pertinet Pontificium illud segmentum, qui AntiChristum suum fictitium ante Apparitionem gloria Christi tres annos cum dimidio Regnaturum esse contendunt: Quod vel inde absurdum est, quod hoc pacto rationem supputandi & demonstrandi tempus adventus Domini, nobis & posteris nostris subministrarent expeditissimam.

XXXVIII. Continuabit autem Regnum Glorie sua Rex noster in aeternum, sine fine. Nam quod traditurum eum Paulus Regnum patri suo dicit. 1. Cor. 15. v. 24. Id non de Regni aetate, sed Oeconomia Regni, non de Re, sed de modo rei, ut subtilissime Lutherus loquitur, accipiendum est.

XXXIX. Ex qua brevi Trium Regnorum Gratiae, Potentiae & Gloriae Christi delineatione, ad oculum liquet, ex quibusnam causis Regnum Christi constat: Quibus singulis ad amissim reputatis, patebit insuper hoc mysterium generale: Regnum Christi non esse de hoc mundo. Ioh. 18. v. 36.

X L. Mundanum non est, quia Causam efficientem seu Autorem habet aeternam. S. S. Trinitatem. Deus pater enim constituit regem super montem Sion Psal. 2. v. 6. Dan. 7. v. 17 Eph.

Eph. 1. v. 20. Phil. 2. 9. Filius Dei caput est omnis principatus & potestatis Col. 2. v. 10. Spiritus. S. infinitum & Regale oleum est hujus regis. Psal. 45. v. 8. Esa. 61. v. 1.

XLI. Porro mundanum non est, quia Causæ Organicæ, Sceptrum, Gladius, Thronus, Arma hujus Regni, non sunt Mundana sed spiritualia 2. Cor. 10. v. 4. puta, Verbum Legis & Evangelii, Miracula, sacramenta, preces piorum, claves Regni calorum &c.

XLII. Sed nec causæ Materiale Regnum Christi (quamvis id maximè videatur) efficiunt mundanum. Nullam enim Regnum Christi materiam aliam habet, præter circa quam: ut sunt Angeli, Diaboli, homines & omnes Creature. Angeli autem & Diaboli non pertinent ad ambitu hujus Mundi. Sed nec homines qui cives & Membra Regni Christi sunt, de hoc mundo sunt, sicut nec Christus de hoc mundo est. Joh. 17. v. 14. Circa impios autem qui mere terrena sapiunt, ut & circa bruta, oves, boves, pisces maris &c. Psal. 8. v. 8. Christus imperiu suu gerit non propter se, sed propter aliud.

XLIII. Formalis autem causa maximè reddit hoc Regnum spirituale, & non mundanum. Formaliter enim Spiritualitas hujus Regni suboritur & dependet 1. ex Persona Regis, singulariter mirabilis & mirabiliter singularis, qui Geminæ substantia est. 2. Ab officio ejus, quod non tantum Rex sed simul & Prophetæ & pastor & Sacerdos & victimæ est, pro nobis patiens satis faciens & intercedens apud eternum patrem suum. 3. à Beneficijs hujus Regni, que vel sunt Generalia, & respiciunt conservationem universi; vel sunt specialia, que solius sunt Ecclesie. 4. ab Adjunctis loci & temporis, quia absolute si-

ne fine tam loci quam temporis est. s. à Proprietate hujus Regni quod omnem strepitum & pompam humanam studiose adversatur & respuit.

XLIV. In summa Administrationis Forma, quæ toto genere diversa est à Politico Regimine, satis superq; ostendit Regnum Christi mundanum non esse.

XLV. Idem quod & Duplex hujus Regni Finis satis aperte declarat.

XLVI. Finis enim ḡ, vera & salutaris est agnitus Christi, & per Christum agnatum, vera & salutaris agnitus S. S. Triados, tām quoad mentem quām quoad voluntatem; Item vera & filialis subjectio, quā ipsi serviamus in justitia & sanctitate omnibus diebus vitaे nostrae Luc 1. 14. Ideo enim Christo Deus dedit gloriam, ut fides vestra, & spes esset in Deo, Inquit Petrus 1. Epist. cap. 1. v. 21.

XLVII. Finis ḡ, ut per hanc agnitionem in Regno Christi acquisitam, crescamus in virum perfectum, & reparetur restauretur q; in nobis imago Dei deperdita, quæ perfectè restituta cum Sacrosanctis, Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus nos novi homines, in justicia & sanctitate veritatis Eph. 4. v. 24. in q; clarificatis corporibus nostris 1. Cor. 15. v. 45. Deum a facie ad faciem, immo ipsam Dei substantiam, contemplantes, inde sinenter Gratiam, Potentiam & Gloriam ipsius aeternam, in Ecclesia triumphante, in novo calo novaq; terra Esa. 66. v. 22. dignè concelebrare possimus.

XLVIII. His ita ad animum revocatis quid cum Regno Christi ejusq; salutari doctrina, cognitionem habeat, quidq; Repugnet, facile dijudicatu est.

XLIX. Nihil affinius est Regno Christi, quām Dominium Adami,

Adami quod ipsi commisum fuit, & quod gesit, & gesturus  
fuisset in statu Innocentia, si in eo perstisset: Item Regnum  
Melchisedeci, qui fuit Rex Justitiae & pacis, Rex simul &  
Sacerdos, cum quo Christus confertur. Heb. 5. v. 6. cap. 7. v. 15.

L. Ultimò Pugnantia omnia reücimus. 1. Judaica & politi-  
ca de Regno Christi somnia. 2. Deliria item Judaisantium Chi-  
liastarum & Anabaptistarum. 3. Pontificiorum item, qui Regnū  
Christi in militante Ecclesia, ad politicam planē formam con-  
figurant. 4. Calvinianorum commenta, qui Regnum Gratiae inter-  
num & exterum Re & quidem tempore diuellunt: Regnum po-  
tentia partim solius cœli claustris partim Ecclesia limitibus coar-  
ctant, & ab eo tum, Virtutem Humana Naturæ Christi, tum  
eiusdè præsentiam sequestrant, In Regno Glorie autem, nos ipsam.  
Dei substantiam visuros per P. Martyrem negant.

LI. Et in summa totum Satanæ Regnū quod exercet in gen-  
tibus contra Christū frementibus, cum utroq. Antichristo Magno,  
& omnibus Hæreticis, item Tyrannis & persecutoribus contraisti-  
mulum Christi Regnantis calcitrantibus. Quos ut tandem  
cum Novissimo hoste, Morte videlicet, de-  
struat, orandus est Rex Gloria Jesus  
Christus precibus inde-  
fessis.



Ad Respondentem.

*CHRISTIANUS REINECCIUS*

*per anag.*

*SCRUTERIS HÆC IN UNICIS.*

**N**On ratione tuâ. quæ sunt mysteria, cense;  
Sed Biblijs SCUTERIS HÆC IN UNI-  
(CIS,  
Theiologâq; potens athleta CRAMERUS arenâ  
Cum te suum producit ipse discipulum;  
Arte tuâ, VERBOq; DEI defende SIONIS  
ARCEM, repulsis REGIS ejus hostibus.  
Quinq; legas silices ex VERBI flumine, CHRISTI  
Hostes ijsq; jactis sterne singulos:  
Hoc certamen erit gratum, quo præside pugnas,  
Ipsi Deo, tuisq; laus parentibus.  
Hinc Tibi surget honos cum præside; Perge cohæres  
Vitæ tueri regna Christi jugiter.

*ΕΤΕΟΣΙΧΟΥ.*

ReneCCI patrIs & ChristI Christiane Cōhæres  
HæC fratrIs seMper regna tVere benè.

*Johannes Rakemannus Tang.  
Palao-Marchius.*

